

*saxeï cordis mollire duritiem*⁹⁴, *fugare tristitie nebulas, afferre serena letitie, aspidum venenis obsistere, feroces animos mitigare*⁹⁵. Vel sic: *Si vis vitam securam ducere, honestos mores cole, vitia execrare, divinis mandatis obtempera, comiteris honestos, liberalibus invigila disciplinis*⁹⁶.

Tricesima quarta est precisio, cum, dictis aliquibus, quod ceptum est dici, relinquitur in audientium iudicio⁹⁷, hoc modo: *Mirum est admodum et stupendum, cur tu audeas in cetu bonorum hominum apparere, cum tu nocte preterita domui aliene, nolo plus dicere, ne si forte, que de te scio dicere, arrogans iudicaretur*⁹⁸.

Tricesima quinta est conclusio^s, que brevi argumentatione ex hiis, que antea dicta sunt aut facta, conficit, quod necessario sequitur⁹⁹, hoc modo: *Quodsi quidquid vernat decoris^t teneri^u novitate, magis est delectabile quam vetustatis rubigine¹⁰⁰ maceratum, nihil autem est, quod magis humanis luminibus blandiatur quam qui adolescentie vernans temporis pulcritudinem retinet dignitate; iuvenis igitur nimirum delectabilior est quam senex*.

Restant^v etiam X exornationes verborum, quas idcirco non vage dispersit Tullius, sed a superioribus separavit^w, quod omnes arduæ^x sunt posite in figura. Nam earum^y omnium hoc proprium est, ut ab

q) exerrare Hs. r) iudicium Hs. s) am Rande nachgetragen Hs. t) decori Hs. u) teneris Hs. v) folgt getilgt igitur Hs. w) verbessert aus superavit Hs. x) anscheinend verbessert aus ardua Hs. y) eorum Hs.

94) Vgl. Alanus ab Insulis, De Planctu Naturae XVII 18f.: *cordis saxeæ duricies* (H ä r i n g S. 873).

95) (...) *animos mitigare feroces*: im Lobpreis auf Nicolaus de Rocca, E m l e r S. 1119 Nr. 2583.

96) Ähnliche Thematik bei Bene Florentinus, Candelabrum II 35, A l e s s i o S. 59.

97) Vgl. Rhet. Her. IV 41. Die Stelle ist dort in der hsl. Überlieferung verderbt. *Praecisio est cum, dictis quibusdam, reliquum quod coeptum est dici relinquitur inchoatum* (A c h a r d S. 180). In *audientium iudicio* ist Verbesserung zweiter Hand in mehreren Hss. (vgl. Achard S. 180).

98) Das Beispiel scheint aus Versatzstücken der beiden Auctor-Beispiele zusammengesetzt zu sein. Vgl. Rhet. Her. IV 41; siehe auch Rhet. Her. IV 54 (Beispiel für abscisio, C a p l a n S. 402). Dagegen hat Bene Florentinus, Candelabrum II 36 das zweite Auctor-Beispiel fast wörtlich übernommen (A l e s s i o S. 60).

99) Vgl. Rhet. Her. IV 41.

100) Zu diesem Ausdruck vgl. Alanus ab Insulis, De Planctu Naturae VIII Z. 111f.: *Immo omnes tuas questiones non solum adolescentes, verum etiam vetustatis antiquatas rubigine audientie nostre communices* (...) (H ä r i n g S. 836).